

11. 4. 169.

w 169

1

Capitulum et canonici sacrosanctae Basilicæ
cæ principis apostolorum Petri et Pauli.

Cum nuper pro parte Rmi P. Dni Benedicti Trulewicz
Ordinis Sancti Basilij Magni Procuratoris Generalis Natio-
nis Ruthenae Rectoris Sanctorum Sergij, et Bachid ad Montes
in Civitate presentis Nobis expositum fuerit quod erga Sac-
ram Imaginem Deiparæ Virginis Mariæ Lyrovicensem Nun-
cupatam, in Ecclesia Patrum Ordinis Sancti Basilij Magni
Diocesis Sijovicensis in Magno Ducatu Lithuaniae Regni
Poloniae, ferventissima Christi fidelium Devotio viget, di-
tamque Devotionem Honore præstantiori quo fieri potest
augeri cupiat. Apud nos ad quas Sacras Deiparæ Imagi-
nes Claras Miraculis Coronationis munus spectat, et perti-
net viclam Sacram Imaginem, et Puerum eius Jesum ta-
reis Coronis à se Sponte oblatis coronari, et iisdem Privile-
giis per nos in similibus concedi Solitis prosequi enixe in-
steterit; et Convocato desuper Capitulo in Domino legitime
habito 20 Januarij 1726, et proposita huiusmodi laudabili In-
stantia, habitaque desuper matura consideratione Uelustatis

Imaginis, necnon Miraculorum, quibus Deus Optimus Maxi-
mus illam in Signum dignatus est iuxta auctoritatem plu-
rimorum Scriptorum qui celebrant Laudes, et Miracula
eius uti inter alios P^r. Guillelmus Gumppebergius Soci-
tatis Jesu in suo Atlante Mariano Tom. 1. pag. 286
num. 171, et P^r. Joannes Nodasius eiusdem Societatis
Jesu in celeberrimo suo libro Annus Caelestis dicto in quo
Singularia enumerat Miracula, Incipiens Sancta Maria
Lycovicensis & Nobis exhibitorum, et intuitu totius
Religionis Basilianae Ruthenae Oratoris petitioni
huiusmodi plenis Suffragiis indulgere statuimus. Quo-
circa in hincendo Nostris Capitularibus resolutionibus con-
fisi de pietate, et prudentia Illmi et Rmi Patris Dni
Archiepi Nijoviensis, et Haliciensis Metropolitanis To-
mas Russiae Episcopi Leopoliensis et Cameracen. Abba-
tis Uniu. Athanasij Szeptycki Dominationi suae
Illmal, et Rmal Vices nostras dictique nostri capi-
tuli Committimus, et conterimus, quatenus Coronas Au-
reas sibi a praelaudato Procuratore G^{rali} Benedicto Tru-
lewicz actualiter, ut praemittitur tradendas dictam Im-
ginem coronando. Caritibus Sanctissimi ^{Pueri} Patris Jesu nec-
non Dei Parae Virginis in Civitate Lycovici nuncupa-

In dicta Ecclesia Patrum Ordinis S. Basilij Magni Dico-
 sis Nivniensis super imponere, et Solemnitatem ejus Coronatio-
 nis perficere dignetur cunctaque Privilegia a nobis in simili-
 bus concedi solita, Omni meliori, et validiori modo, eorum se-
 ric in Domino concedimus, et largimur. In quorum omnium,
 et singulorum fidem, robur, et testimonium presentes manus
 Nri Canonici, Secretarii, ac Notarii infra scripti subscribi
 Nostrique Capitularis Sigilli, quo in similibus Utimus
 Jussimus, et facimus impressione communiti. Datum
 Romae in dicta nostra Basilica ex loco Capitulari
 Anno a Nativitate Dni Nri Jesu Christi MDC
 CXXVI Indictione quarta Romana Quinto Nonas
 Aprilis Pontificatus Sanctissimi in eodem Christo
 Patris et Domini Nostri Domini Benedicti Dei
 providentia Papae XIII. Anno Secundo.

Merullus Crescentius Capis secretarius

Kancij narda Corinas d. Kmi Ca-
 pituli Ubi cono notarij
 Apvskolicej.

Конец прощения и прочее...
 (Хранителю архива...)
 Копия напечатана...

Handwritten text in Cyrillic and Latin, including the name of the church and the date of the document.

Handwritten text in Cyrillic and Latin, including the name of the church and the date of the document.

1730. ы 19 7bris